

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Speculum viduarum oder: Widwen-Spiegel, in welchem
der Widwen vielfeltiges Elend, heilsamer Trost ...
beschrieben werden ...**

Gilbert, Jacob

Braunschweigk, 1613

Est seclum praesens scriptoribus [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-127453](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127453)

AD REVERENDVM ET CLARISSIMVM
huius libri auct.

FESTVM præsens scriptoribus atq;
Pœtis
Fertile: Componunt docti indoctiq;
libellos:
Scribunt in pagis, scribunt & in urbi-
bus amplis.

Quos doctrina vebit, laudum spolia ampla reportat.
Hos inter meritò numeraris amicus amicos
Existens noster fautor GILBERTE, sororum
Thespiadum splendor, incundaq; gloria Phœbi,
Quo Duce præ reliquis ornas, decorasq; Cathedras
Voce tua suavi pectus penetrante per aures,
Exbilarasq; animos tristes, tollisq; jacentes,
Turgentes contra fastu detrudis ad imum,
Ut molem lapsus, & tristis pondera culpa
Agnoscant veniamq; petant, cœlog; fruantur.

Non tantum sic voce polis & pectora pungis
Turgida: sed doctis, etiam GILBERTE libellis
In formas consolando solatij egenos.
Sic iterum invidiam, laudemq; mereberis amplam,
Edens in lucem votis, precibusq; petitem.
De VIDVIS librum, tibi qui sudore paratus
Historijs constat sacris, constatq; profanis.
Non libri, laudesq; tuas describere mens est,

Laus

*Laus utriqꝫ sua est, nec lector derogat æquus,
 Carmine sum saltem, quæ libri summa, daturus,
 Quem privata viro vili mercabitur ære,
 Tristius in mundo quàm vix quis transigit ævum.
 Nam cuiusqꝫ ferè prob cogitur esse scabellum.
 Est humilis sepes, quam transit quisqꝫ viator.
 Est lapsura domus, nullo fulcimine nixa.
 Est sine sepe domus, quæ semper cuiqꝫ patefuit.
 Est veluti claudus pede utroqꝫ suo absqꝫ bacillo.
 Est æger certam non ullo adbibente medelam.
 (Quod dictu triste est, est & lacrymabile visu.)
 Est damnata foro, est, nullo existente Patrono.
 Huic fluet hinc doctrina, & consolatio firma,
 Auxiliqꝫ Deum certi spe damna levabit.
 Non tandem proferes Postilla in luminis auras,
 Digna satis visu, triplici dum veste polita,
 Interdum duplici, perrarò simplice? Profer,
 Hinc tibi laus surget totum cantanda per orbem,
 Dum petat astra poli, quam non ævo eximet ætas,
 Premia cui comites ibunt super orbe & in urbe.
 Maxime Musarum custos, fovæqꝫ Sacerdos,
 Invidiam perfer, satis est, strite talento
 Commisso lucrare tibi, nil scommata curans
 Momi, qui carpit laudanda, & pessima laudat.
 Cui meta est servire Deo, viduisqꝫ misellis,
 Non favor huic hominum deërit, nec gratia Divum.*